HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.

Seite 76r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35480
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



76.

legant lamentationes eiusdem. A octauam paschae per hebdomadas
legat apocalypsim quam scripsit iohannes apostolus. Deinde per duas septimanas
legant canonicae epistolae quas scripserunt Iacobus Petrus Iohannes Iudas apostoli.
A ascensione domini usque pentecosten legant actus apostolorum quos scripsit
Lucas euangelista. A octauam pentecosten usque in kalendas augusti
legant libros regum quorum primum scripsit Samuel secundum Nathan tertium
et quartum Ieremias. et duo libros paralippomenon quos sapientes
synagogae scripserunt. A kalendas augusti usque in septembrem legant Pa
rabolas Salomonis et ecclesiasticus et canticum canticorum et librum sapientiae.
quos omnes Salomon scripsit et ecclesiasticus quem filius Syrach posuit. A ka
lendis septembris per duas septimanas legant librum Iob quem ipse met scripsit.
Deinde per unam septimanam librum Tobiae quem ipse scripsit. Deinde per unam ebdomadam
legant librum Iudith quem ipsa uel achior scripsit. Deinde per unam ebdomadam legant
librum Hester quem Mardocheus posuit. Et post abesdra scriptorum editum et ipsius
esdrae librum recitant quem ipse met edidisse non ignorant. A kalendis octobris
usque kalendas nouembris legant libros machabeorum quorum primum pontifex
ultimam eius pater iohannes eius filius scripsisse tradunt. posterio
rem philo iudeus a graecis eruditus edidisse agnoscit. A kalendis no
uembris usque in kalendas decembris legant librum Ezechiel et Daniel et xii minores
prophetas quasi omnibus synagogae scripturis dicunt. Et meliores ab ipsis
editis credunt. A aduentu domini usque in natiuitatem domini Ysaias legat.
quem ipse scripsisse non dubitant. Post octauam epiphaniae legant epistolam Paul
i usque in lectionem. Hanc ipse omnes scripsit. Et Lucas euangelista ad hebreos
hebraice et posita in graecum transtulit. Quo paganorum uersutiae in reli
gionem christianorum. Vt enim ipsum natalem regum ita christiam natalem domini.
uel iohannis baptistae uel sancte Mariae celebrant. ut illi sollempnia
deorum in uno demonum. ita nos festiuitatem sanctorum. et sicut illi triumphos regum. ita nos uictoriam martyrum recolimus. Precipue apud
eos festiuitates ferae dicebantur. apud nos omnes dies ferae dicuntur. quia
cotidie sollempnia missarum celebrantur. Sed iam tempore nostro calamum